Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



275

qui qui consolabuntur. Bti qui esuriunt et sitiunt iusti
tiam: quoniam qui saturabuntur. Bti mites: quoniam ipsi pos
sidebunt terram. Bti mundo corde: quoniam ipsi deum
videbunt. Bti pacifici: quoniam filii dei vocabuntur.
Bti qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam
ipsorum est regnum celorum. Bti estis cum maledixerint
vobis et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum ad
versum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate
quoniam merces vestra copiosa est in celis. Secundum Lucam. 10

In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Qui vos
audit me audit: et qui vos spernit me spernit. Qui autem
me spernit: spernit eum qui me misit. Reversi autem sunt
septuaginta duo: cum gaudio dicentes. Domine etiam
demonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis
Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem.
Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et
scorpiones et super omnem virtutem inimici: et nichil
vobis nocebit. Verumtamen nolite in hoc gau
dere: quia spiritus vobis subiciuntur: gaudete autem quod
nomina vestra scripta sunt in celis. Secundum matheum 10

In illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis. Ecce ego
mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo
prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe.
Cauete autem vos ab hominibus. Tradent enim vos in con
silijs: et in synagogis suis flagellabunt vos. et ad reges
et presides ducemini propter me in testimonium illis et gen
tibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo
aut quid loquamini: non enim vos estis qui loqui
mini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet au
tem frater fratrem in mortem: et pater filium: et insurgent filii in parentes